



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 57. Joannes Veccus moritur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

Sæcul. XIII. sumere scriptum ac supprimere oblitus
 A.C. 1298. fuerim. Sed quia inventum est, de-
 claro me post remissum muneri meo nun-
 cium omisisse omnem acerbitudinem, o-
 mnem vindictæ cupidinem, & anathe-
 mata cunctasque alias censuras sus-
 lisse. Adhæc per scriptum præsen-
 plenam do veniam omnibus, qui me lae-
 serunt, & quibus censuram irrogavi seu
 cognitam, seu cognoscendam; ac volo
 pacem cum omnibus & charitatem ex-
 æquo colere sine ulla in quempiam si-
 multate vel malevolentia. Dabat mē-
 se Septembri indictione undecima tan-
 tum incepta.

§. LVII.

Joannes Veccus moritur.

e. 29. Sex post mensibus ac exeunte Martio
Poss. not. anni 1298 decepsit vetus Patriarcha
 p. 567. Joannes Veccus Ecclesiæ Græcæ Ju-
Sup. lib. 87. men tunc maximum. Post relictam Se-
 s. 66. dem Constantinopolitanam per annos
Allat. cons. p. 763. & Gr. quindecim & amplius in exilio semper
 orthod. to. x. vixerat & in locis variis captivus.
 p. 375. strum S. Gregorii erat, ubi obiit. Con-
 didit testamentum, in quo ait: Multi
 in exilio ac in carcere morientes fa-
 ciunt testamentum, ut se purgent de
 criminibus, quorum accusantur. Ego
 e contrario meum facio, ut confitear

crimen, ob quod exagitor; nempe quæd contendere Sæcul.XIII.
Spiritum Sanctum proce- A.C. 1298.
dere a Patre per Filium. Excurrit po-
stea in probationem hujus dogmatis, ac
denique addit: Nec pecunias, nec præ-
dia habeo, de quibus statuam: omnia
mihi cum sede mea sunt adempta. Sed
modicum, quod mihi mea in paupertate
superest, partiendum relinquō iis, qui me-
cum meo in carcere hæserunt, & quorum
alter pro filio mihi, alter pro doméstico
est. Fuit sepultus sine ceremonia eo-
dem loco, ubi habitaverat. Constanti-
nus Meliteniota, quem ille captivitatis
habuerat socium, translatus Constanti-
nopolim, & adjunctus fuit Georgio Met-
ochitæ Diacono Ecclesiæ principis, al-
teri Vecci discipulo. At quia cum schis-
maticis ex Imperatoris voluntate haud
consentiebant, in majore palatio sunt in-
clusi. Joannes Veccus numerosa reli-
quit scripta; & in plenisque de proces- to. I. § 2.
sione Spiritus Sancti egit ac de concordia Græciae or-
Ecclesiarum. thod.

§. LVIII.

Beatus Augustinus Siculus.

Hoc anno 1298 Eremitæ S. Augusti-
ni sua comitia generalia Mediolani
habuere: ubi 25 Maji Præpositum Ordini
Generalem cooptarunt Fratrem Au-
gusti-

E e 2

gusti-